



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 63. At illi dixerunt Nihil. v. 36.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

§. 63. At illi dicerunt. Nihil. v. 36.

Bona confessio quia vera, quia Deo honorifica. Ecclesiæ Catholicæ singulariter proficia non habent in hoc verbo & confessione partem impij. Semper eis deest aliquid, semper murmurant, alienis inhiant, prodigunt sua. At Christi discipuli vocem habent: quando misisti nos, nihil defuisse nobis, etiam si sine pera, sine sacculo mittebas. Tu Domine in modo prouidebas. Vtius sponte nos vocabat, alius rogatus promptè omnia sua offerebat; etiam de inimicis tuis, ipssimet infidelibus quoties, & quando, ita placebat tibi, hoc aliqui agebant. Sed cur ita loqui possunt Catholicæ, maxime qui de clero sunt, & de forte Domini, & non possint ita loqui & confiteri Domino impij, qui à Deo non sunt missi ad regendas ecclesiæ, causam iam exposui, nimurum Dei prouidentia pœudo-Apostolis proprio modo quo tuis succurrere recusat Dominus: & ipsi Spiritum Apostolicum, paupertatis voluntariæ non habent, nec overunt, imo rident vii fatuum. Spiritum illum paupertatis cui nihil desit, verbo, Vestem nuptialem non habent, iubentur exesse.

Dominus Deus, ego tibi in omnium illorum persona supplex gratias ago, quos à tempore Apostolorum nunc usque tam mirabiliter, quam suauiter enutristi, vestisti, hospitijs exceptisti, eo quod in suo ministerio erant occupati, ad quod à te erant missi. Pro omnibus toto orbe constructis pro Catholicis templis, ac sacellis, pro collegiatis Ecclesijs & earum redditibus saepe sumptuosis; pro Monasterijs atque cellis, pro omnibus eorum preventibus & oblatis, Tibi gratias ago, & laudo opus magnificentiae tuæ sunt hæc omnia, Te clamant, & loquuntur. Sed cur o Deus, permittis ut ista aliquando perueradant Turcae, ludæi, Reformati, Lutherani, & sacrilegi? quare permittis ut veniant hæc Gentes in hereditatem tuam & polluant non templum tantum, sed templum plurima? tota Anglia, Scotia, Hibernia, Dania, Suecia? credo Domine, quod ita idifiat, vii in Machabæorum libro 2. cap. 6. Icriptum est non ad interitum, sed ad correptionem generis nostri, non enim sicut in alijs nationibus Dominus patienter expectat, sit eas in plenitudine peccatorum puniat, ita & in nobis statuit, ut peccatis nostris in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet, sed statim vultiones adbibet, & hoc magni beneficij est indicsum.

§. 64. Dixit ergo eis: sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram. v. 36.

Paulo ante Dominus ordinavit, quomodo quoad temporalia bona debent Ministri Ecclesiæ esse prouti, nempe mamilla Regum lactandos esse; sibilia, Domino laborantibus, & iustitiam regni Dei querentibus, defuturum. nunc

H 3

etiam